certe sententiam suam elicit de die Targelionis XII° noster hic Poëta Gramat[icus].
Hinc itidem sententiam suam de die Thargelionis XXIII° elicuit vetus ille in
b. Scaliger Emend. Temp. pp. 808. Euripidis Hecubam ineditus Scholiastes, cujus verba profert[b] Scaliger. Nec
dubito quin inde suam sententiam collegerint veteres, quibus magis placuit
Scirrophorionis XXIII. quam Thargelionis. Cujus a. ratiociniis hi quoque sen-
tentias adeo invicem discrepantes exinde hauserint, mox pro virili nostra expli-
cabimus. Sufficiet impraesentiarum aliunde haec veteres discere potuisse
praeterquam e coaevis Trojae monumentis. Nihil certe erat necesse ut haec di-
sceret antiquioribus ipse Lesches. Rei n. quae gerebat, illa ipsa temporis cir-
cumstantia congrua erat, & plane necessaria. Tempus illud λαμπρᾶς σελή-
νης de Plenilunio intellexerunt veteres, qui Lunae locum in Virgine sta-
tuebant. Ut sc. dimidiam circuitus sui partem absolverit, initio ducto
ab Ariete. Intellexit in Magnus Scaliger. Ita fuisset Luna ipsa in pro-
cinctu, ut soli opponeretur, qui tum locum haberet in Capricorno, & sex
adeo integris signis a Sole distaret, ipsa nocte media locum habens in Vir-
gine. Sed longe alia habebat in mente Lesches. Is Lunam nocte media
non culminantem statuebat, sed orientem. Hoc n. significabat voce
ἐπιτέλλειν, ortum sc. Lunae nocte media Cosmicum. Ita tribus duntaxat
signis a Sole distans. Hoc n. spatium erat a Virginis initio ad Sagitta-
rii finem, initiumque Capricorni, quod volebat Hellanicus. Hinc Luna
a. Servius ad Aen. II. 255. septima captam Trojam asserit a Servius. Ipse quoque, ut video, ex hoc ea-
dem antiquissimi Poëtae loco. Hinc noctem Graecos elegisse statuit do-
natus, quae partim tenebrosa occultaret insidias, partim adveniente Lu-
na illustris eet, ut sine errore venirent. Hinc apud ipsum Virgilium
tacitae amica silentia Lunae. Fateor equidem Lunae silentium in con-
b. Plin. H. N. II. 39. tu poni, quem diem Cinquit[b] Plinius alii interlunium, alii silentii Lu-
nae appellant. Quod sc. nocte illa integra nulla prorsus appareat.
Sunt ergo qui Virgilianum illud silentium Lunae non de tenebris in-
telligunt id, de noctis parte illa, quae conticuum, vel conticinium au-
diebat, a gallorum gallinaciorum silentio. Sic a. Virgilium Poëtam do-
ctissimum cum Lesche Poëta antiquissimo conciliabimus, si noctem ex
aequo partiemur inter partem priorem tenebrosam, posterioremque quae
fuerit luminosa. Nihil n. obstat, quo minus silentia illa Virgilii ad te-
nebrosam noctis partem referri possint, nec minus commode quam ad in-
terlunium. Cuius a. non videt quam apte haec cum Strategematis consi-
liis conveniant, ut nullum fuisset in coaevis archivis fide dignum de-
facto monumentum? Ad factum tn Poëtae verba torserunt posteriorum
ratiocinia.
7. Παρθένος εἰσελάασα], Cl. Bentleius εἰσελάσσα vel εἰσελάσασα. Femi-
tn potuit per dialectum εἰσελάασα. Vox agonistica est. Et Agones legimus
εἰσελαστικούς, & quidem δόξης. Ita nimirum appellabant Agones illi, quo-
rum victori praemium erat in urbem Patriam, muri parte diruta, εἰσελαύ-
8. Αἰγοκέρω κέρως οἶκον] vel hinc, ni fallor, appareret, Gramaticum no-
strum (quicunque demum is fuerit) ad Romani Kalendarii normam sua ex-
egisse. Vix n. est cur dubitemus quin Romana Saturnalia in animo habu-
erit, quae mense Romano decembri exeunte celebrari solebant, Sole jam in Capri-
corno versante. Atque quae de domo Saturni habet Poëta, ea ex Hellanico ha-
bere non potuit. Cur ergo, inquies, ad mensem Januarium Trojae cladem ...

http://digital.slub-dresden.de/ppn346492408/68